



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Vita Petri Canisii De Societate Iesv

Rader, Matthäus

Monachii, 1614

III. Custodia sui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70957)

226 DE VITA P. CANISII
CVSTODIA SVI.

CAPVT III.

PRæcipiunt scriptores, qui ascetica tractarunt, vt religiosi viri, qui se Deo probare student, in perpetuis quinque sensuum excubiis perseuerent, quod hostis per illos veluti animi claustra portasq; irrumpere soleat, & ingentem intus stragem virtutum edere. Qua in cura ita peruigilauit Canisius, vt etiam in publicis itineribus, cum Socij amœna camporum viridaria, elegantem florum varietatem, siluarum opacitates, baccarum vbertates demirarentur, & Canisium ad tam lætæ naturæ, veris & æstatis spectaculum inuitarent, ille tamen hanc oculis suis gratiã negaret, quod maioribus à Deo animi oblectamentis pasceretur, præ quibus omnib⁹ illi mundi ornatus sordebat. Monebat suos, cauerent accuratè sibi ab insidiatoris artibus, ne sensim subduceret

ret nobis, quod magno sudore collegissemus. solere eum per cuniculos perrepere ad mentē, ac primū oculos, & aures tentare, vt in varia spargantur, ac per illa cogitationes dissipentur. dein grassari vltcrius, obicere varias oculis formas, varios auribus rumores, fabulasq; mox gulę irritamenta, tum ventris ingluvię & alia sensuum blandimenta, quibus omnes paulatim nervos virtutis elidat, ac totum hominē crebris assultibus tentamētorū in exitium trahat. Canisius proinde pro suo vitę religiosę vsu, & rerum diuinarum cognitione, has dæmonis petitiones elusit, cautissimeq; declinauit, & aurium, oculorum, linguę, totiusq; corporis sensum ita in potestate continuit, vt aduetos habenis frænisq; peritus aurigator equos; flagris corpus iam senio & laboribus fractum nihil officius multabat, molestaq; cilicij tunica trementes artus cruciabat,

ita vt vire extrema senectâ à S. Bruno-
 nis cœnobiarcha nouam emendica-
 ret, quam cum veteri sua permuta-
 ret. Cibi quoq; tam modici erat, vt
 sæpe intra octiduum non plus gusta-
 ret obsonij, quàm vnus aliquis vno
 solet capere prandio, aut cœna. Nec
 rarò à prandio pridiano ad prandiũ
 postriduanũ, ieiunus perdurabat, ni-
 hil neq; cibi, neq; potionis admittẽ-
 do. Merũ non attigit, sed aquam vino
 potius, quàm vinum aquã tempera-
 bat. Carne rarò & ea minutim ad
 moreti formam concisa vescebatur.
 iuris liquamen sorbillabat, olusculis
 & ξηροφαιγία, seu aridis delectabatur.
 Cum stomachus iam auersionibus
 laboraret, sæpius à ministro cubiculi
 fatigatus, vt significaret quo cibi de-
 siderio teneretur, auiculam tandem
 nominauit. Prodiit in forum œco-
 nomus, nullaq; reperta tristis domũ
 rediit; cum ecce ad vesperam aperta
 fenestra cubiculi, auis quasi diuini-

cus

tus immiffa, fe nullo negotio capien-
dam, tantũ non vltro offert. Qua in
cœnam appositã , & parua & vnica
contentus , nihil præterea gustavit,
ille tamẽ lautẽ fe opipareq; eo vefpe-
re epulatum affirmabat. Inter men-
fam ad fingulas buccellas tacitẽ vel
Deum, vel Sanctum quempiam im-
plorabat, ita mens profus alia, dum
corpus cibo reficeretur , pertracta-
bat, vt fapẽ acetum pro vino bibitu-
rus arriperet. Cum folennes ieiunio-
rum dies agitarentur , etiam in vlti-
mo morbo , biduo ante mortem à
confuetudine reliquorum non re-
ceffiffet, nifi imperio Rectoris allata
guffaffet. A familiaribus & ciuibus
ad folennes epulas inuitatus, nec à
folenni fuo defiffet, nec nifi tem-
peratiffimẽ libabat potius dapes,
quam edebat. Nec tetricus tamen ac
triftis, nec cõtra folutus in rifum leti-
tia guffiebat , religiofæ modestiæ &
grauitatis vbique ftudiofiffimus ob-

230 DE VITA P. CANISII
seruator. Nec aliàs vnquam de con-
stantia vultus, & morum graui suavi-
tate quicquam remisit.

MIRACVLA CANISIO
VIVO, MORTVO PA-
TRATA.

CAPVT IV.

SEmp̄er ex illustri capite sanctita-
tis emicant radij operum diuino-
rum, quę modum naturę excedunt,
indices ac testes animi innocentis, ac
Deo, cęlitibusq; grati, quos & nostro
Canisio Numinis majestas viuo
mortuoq; imposuit.

Primũ de Canisio etiamnum pu-
ero per religiosam matronam siue
Reineram, siue Reinhardam seu de-
niq; Reinoldam; variant enim nomi-
na, inter se tamen valde affinia, vidu-
am Arnheimensem (abest autẽ Arn-
hemium Nouiomago passuum mil-
libus non amplius decem) nos docu-

it.